

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput XXVIII. De Disciplina Ecclesiastica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

656 Cap. XXVII. De Sacramentis in Genere, &c.
 ipsam S. Cœnam eum in finem institutam esse,
 ut fideles & resipiscentes peccatores de venia
 peccatorum certos reddat. Hoc verò examen
 corde devoto, humili, Deum amante, peccata
 abominante instituendum. Qui se ritè prapa-
 ravit, atque statum suum talem deprehendit,
 cui divina gratia promissa est, ille pensitatione
 totius Mysterii de morte Christi facta S. Cœnâ
 fruitur, hinc firmius Christo adhæret, atque in
 posterum majori cura præceptis Dei obedien-
 tiam præstare seriò constituit.



CAPUT XXVIII.

De

DISCIPLINA ECCLESIASTICA.

Σύνοψις.

Quoniam in Eccle-
 sia externa ma-
 libonis immixti vi-
 vunt, Disciplina
 Ecclesiastica neces-
 saria est. §. I.
 Cujus natura explica-
 tur. §. II.

Probatur ejus neces-
 tas, tum ex insti-
 tutione Christi &
 Apostolorum. §. III.
 IV.

Tum ex praxi primi-
 tive Ecclesie. §. V.
 Tum quoque ex na-
 tura

Cap. 2
 tura
 VI.
 tum deni
 tate.
 Necessitat
 ostenda
 pline
 Jus. §. I.
 lus Disc
 sastica
 tam E
 delegat
 X.XI.
 Objectum
 membi
 que s
 tionis
 Superi
 clefia
 nationem
 rem Sacr
 Ecclesiam
 erent, a
 rium, res
 mali cœti
 dam est q
 mendent
 vidatur

tura Ecclesie. §. Speciatim qui peccant vel in doctrina vel in vita. §. XIII.

Tum denique ex utilitate. §. VII.

Necessitate adstructâ ostendantur Discipline abusibus. VIII.

Usus. §. IX.

Ius Discipline Ecclesiasticæ est penes totam Ecclesiam aut delegatos Viros. §. X, XI.

Objectum sunt singula membra cujuscunque status, conditionis, sexus. §. XII.

Modus Exercitii Discipline. §. XIV.

Circa quem notanda sunt quæ exercitium antecedere. §. XV.

Quæ comitari. §. XVI.

Quæ sequi debent. §. XVII.

Ultimò occurritur iis, qui arbitrantur ejusmodi Disciplinam impossibilem esse. §. XVIII.

§. I.

Superioribus Capitibus considiravimus Ecclesiam juxta externam formam, annuntiationem voluntatis divinæ, administrationem Sacramentorum. Quod si singuli, qui Ecclesiam constituunt, juxta leges divinas viverent, aliud quid, quod Ecclesiæ necessarium, restare non videtur. Quia verò plures mali cæteribus immixti esse solent, porro dicendum est quâ ratione hi coercendi, tum ut ipsi emendentur, tum ut corruptioni in alios extendaturæ apex ponatur.

T t

II. Huic

II. *Huic fini inseruit Disciplina Ecclesiastica, quâ prudenti Ecclesiæ judicio peccatores, pro diversitate delicti, vel corripuntur, vel ad tempus à quibusdam privilegiis arcentur, aut prorsus à cœtu excluduntur, donec ad meliores fruges redeant.*

III. *Disciplinam Ecclesiasticam probat Scriptura, Praxis primitivæ Ecclesiæ, natura Societatis sacræ, denique utilitas.*

IV. *Primò Scriptura. Matth. XVIII, 17. Si frater, qui adversus te peccavit, neque tuâ privatissimè factæ increpationi aut quæ præsentem unò alteròve teste instituta, obsequium gesserit, dic Ecclesiæ. Si etiam Ecclesiam non audiverit, esto tibi ut Ethnicus & publicanus.* Hæc quidem respiciunt ad mores Judæorum, sed ita ut discipulis Christi imitanda proponantur. Dein totum quintum caput primæ Pauli ad Corinthios Epistola variis argumentis idem probat. Nam (1.) Corinthii increpantur, quòd incestuosum cœtu non ejecerint, v. 2. (2.) Reddatur ratio: *Annon nostis parùm fermenti totam massam fermentare*, v. 6. (3.) Provocat ad iudicium antea datum. *Scripti vobis in Epistola ne commisceamini cum scortatoribus*, v. 9. (4.) Et v. 11. *Nunc scripsi vobis, ne commisceamini, sc. Si quis, qui frater nominatur, sit scortator, aut alieni avidus, aut idololatra, aut convitiator, aut ebriosus, aut rapax. Cum tali nequidem edite.* (5.) Vindicat Ecclesiæ judi-

judicium: *Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis?* v. 12. (6.) Hinc concludit: *Tollite igitur improbum ex medio vestrum*, v. 13. Quid clarius? Noli dicere Apostolorum prærogativum fuisse, quâ sceleratos Satanae tradebant. Hoc in medio relinquamus. Abundè tamen ex dictis constat Ecclesiæ esse sceleratos è cœtu ejicere. Insuper 2. Thess. III, 6. *Præcipimus vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi ut subducatis vos ab omni fratre, qui inordinatè ambulat & non ex tradita doctrina, quam accepit à nobis.* Sic v. 14. 15. conf. 1. Tim. V, 1. 2. Tim. III, 5. Tit. III, 10. 2. Joh. v. 10. 11. Ex allatis clarissimè constat quod juxta Christi & Apostolorum doctrinam in Ecclesia disciplina requiratur. An hæc constitutio temporaria? An disciplinæ in natura sua consideratæ quidquam inest, quod cum statu Ecclesiarum subsequenter temporibus consistere nequeat. An nunc Ecclesiæ nostræ à sceleratis purgatæ. Quoniam omnia aliter se habent, palam est Ecclesiam, quæ caret disciplina, non esse Ecclesiam ad institutionem divinam.

V. *Secundo praxis primitivæ Ecclesiæ.* Quod Christus & Apostoli ordinarunt, præceperunt, id quoque primitiva Ecclesia observavit, sicuti ex Historia Ecclesiastica constat. Verum quidem, quod non eadem semper disciplina ratio fuerit, extitit tamen quædam disci-

666 Cap. XXVIII. De Disciplina Ecclesiastica.
plina ad terrorem malorum. Circumstantiæ
variabant, nec ob varias causas eadem esse va-
lent, sed res ipsa erat. Atque hoc sufficit.
Quod verò Ecclesia primitiva observavit, id
etiamnum observandum, etenim præceptum
quod prisca tempora obligabat, obligat etiam
nostra. Tantò magis quoniam nostris tempo-
ribus Magistratus Christianus, qui tum Gentilis
erat. Aliàs dicendum Ecclesiam sub Magistra-
tu Christiano constitutionibus divinis non frui
posse ut sub Gentili, quod minus rectè se
habet.

VI. *Tertiò natura societatis sacræ.* Nulla
societas absque disciplina consistere potest, mul-
to minus sacra. Quò enim cives hujus societa-
tis sanctiores poscuntur præ alia eò magis ma-
li disciplinâ coercendi aut etiam segregandi
sunt.

VII. *Quartò egregia Ecclesiæ utilitas.*
Nam disciplinâ mali cohibentur, teruntur, aut
etiam tanquam putida membra ressecantur;
Boni tranquilliorē vitam & sine scandalo
agunt. Hinc regnum Dei apud externos benè
audit, amplificatur. Judicia Dei ab Ecclesia
avertuntur, si seipsam judicat, nec cum aliorum
peccatis communicat.

VIII. Allata satis probant Ecclesiam Chri-
stianam sine disciplina nullatenus esse posse.
Progrediendum nunc & ostendendum, in qui-
bus bona disciplina consistat. Negari enim
nequit

Cap.
requit n
Ecclesia
de mater
abusus,
constitut
IX. A
quam co
tur. Sec
erga Ma
stica Ma
tus eum
iam tum
Gentilis
admonit
effectum
quàm C
tivæ Ec
dus non
terna co
est, vel
recipitu
stat. Ta
degener
pleno
lesnavi
IX. A
facile co
na comp
rum est
X. D

nequit non omnem disciplinam eam esse, quâ Ecclesia ædificatur. *Nos vero distinctius hac de materia judicemus, primò memorabimus abusus, tum ea, quæ genuinam disciplinam constituunt.*

IX. *Abusus sunt, primò si disciplina quidquam continet, quod legi & Evangelio adversatur. Secundò si subjectionem & reverentiam erga Magistratum tollit. Disciplina Ecclesiastica Magistratui minimè adversatur, sed potius eum variè juvat. Unde primi Christiani etiam tum eam exercebant, quando Magistratus Gentilis existeret. Tertio si æquo lenior & solis admonitionibus objurgationibus constat. Hac effectum salutarem non assequitur. Alia est quàm Christi & Apostolorum aut etiam primitivæ Ecclesiæ. Quarto si rigidior, qualis si gradus non observantur, aut si cum potestate externa coactiva aut opum privatione conjuncta est, vel si pœnitens in gremium Ecclesiæ non recipitur. Quinto si penes unum aut paucos stat. Talis facilè in dominium aut tyrannidem degenerat. Sexto si exercetur animo vindictæ pleno προσωπολύπτως, præcipitanter & qui similes navi sunt.*

IX. *Recensitis nunc notantioribus abusibus facile constat quomodo boni nominis disciplina comparata esse debeat. Etenim oppositorum est opposita ratio.*

X. *Dicenda de genuina Disciplina redi-*

gemus ad tres partes. Quarum prima tractabit personas, quarum est disciplinam exercere: Altera personas, adversus quas exercenda: Tertia modum & rationem exercitii.

XI. I. *Personæ, quarum est disciplinam exercere, Ecclesiæ nomine veniunt, Matth. XVIII, 17.* Etiam Paulus 1. Cor. V. excommunicationem incestuosi toti Ecclesiæ competere non obscure indicat. Saltem quorundam tantum jus esse nullo indicio patet. Hæc tamen certis prudentiâ, sapientiâ & pietate insignibus membris ad hunc finem selectis cognitionem, iudicium, exemptionem, committere valet, cujus sententiam juxta leges divinas latam cœtus approbat.

XII. II. *Personæ, circa quas disciplina exercenda est, possunt esse singula membra cujuscunque status, Politici, Ecclesiastici, domestici, sexus masculini, foeminei, conditionis five heri, five servi, five divites, five pauperes &c sint.* Juxta Paulum omnes, qui ad Ecclesiam pertinent, 1. Cor. V, 12. ab Ecclesia judicantur. Omnes fratres, Matth. XVIII, 15. Et ratio clara. Ecclesia ut Ecclesia omne hoc discrimen tollit, Jac. II, 1-8. An delictum tantum in serva, ancilla, subdito? Annon in Domino, Domina, Magistratu? Vel an delictum pauperum, subditorum gravius, magis scandalosum, & quod alios potius ad imitationem trahit? Profecto non. Quâ
igitur

Cap. 1
gitur leg
ncipiend
pepercit
rum in
potestate
exiit.

XIII.
doctrina
trinam C
postquan
1. Tim. I
Rom. XV
quod no
sticæ sub
mentem

nec con
15. sed
Christia
rius Do
In vita
sunt cum
præbent
possent.
locis, ub
ratio hab
tatores v
verò alio
Aliter P
bis ne co
pellatur

igitur lege , ratione in Sacris fundata quidam excipiendi sunt ? Ecclesia prmitiva nemini pepercit. Disciplina tamen Ecclesiastica , si virum in dignitate constitutum ferit , illum potestate & auctoritate sua in Politicis non exuit.

XIII. *Speciatim sunt qui peccant vel in doctrina vel in vita. In doctrina:* Si qui doctrinam Christi non tenent 2. Joh. v. 10. aut postquam edocti erant, rursus repudiant, 1. Tim. I, 19. 20. vel tumultus, lites excitant, Rom. XVI, 17. Ubi tamen probè notandum, quod non omnis dissensus Disciplina Ecclesiastica subijcienda sit maximè quando dissentiens mentem suam modestè & rationibus proponit, nec constituit pacem Ecclesiæ turbare Phil. III, 15. sed qui contrarius doctrinæ Christi, fidei Christianæ, non verò opinioni unius aut alterius Doctoris 2. Joh. 9. 10. Philipp. I, 19. 20. *In vita.* Censuræ Ecclesiasticæ subijcienda sunt cuncta publica delicta, quæ scandalum præbent, & alios ad imitationem trahere possent. Mirum videtur, quod in quibusdam locis, ubi aliqua adhuc Disciplina Ecclesiastica ratio habetur, paucos tantum peccatores, scortatores veluti, Disciplina subijciant, eximant verò alios non minus gravium delictorum reos. Aliter Paulus 1. Cor. V, 11. *Nunc scripsi vobis ne commisceremini scil. si quis frater appellatur & est vel scortator, vel avarus,*

664 Cap. XXVIII. De Disciplina Ecclesiastica.
vel Idololatra, vel conviciator, vel ebriosus,
vel rapax, cum tali ne quidem edite. Claris-
sima sunt Pauli verba, quæ etiam avaros, con-
vitiatores, ebriosos, rapaces communione fi-
delium excludendos statuunt. Et quare non?
Vel an sunt transgressiones, quas infirmitatum
appellamus? Si hæc & similia excludunt à re-
gno cælorum, 1. Cor. VI, 9. 10. Gal. V, 9-22.
an injuria vel an nimius rigor, si ejusmodi
peccatores sanctorum cœtu expelluntur. Non
arbitror. Illi potius videri possunt rigidi saltem
perquam noxia lenitate, uti, qui eos membra
Ecclesiæ Christianæ habent. Hæc enim ratione
fit, ut plurimi judicent memorata scelera cum
Christianismo consistere posse, se non esse scor-
tatores, blasphemos, Christianorum nomine
indignos. Alia tristia consecraria hinc fluunt.

XIV. III. *Modus Disciplina Ecclesiastica*
exercendæ. Ad quem intelligendum rursum
tria notanda sunt. 1. Quæ exercitium Di-
sciplina antecedere debent. 2. Quæ illud co-
mittantur. 3. Quæ tandem sequuntur.

XV. 1. *Exercitium Disciplina antecede-*
re debent. Antequam membrum publicæ
censuræ subicitur, magna prudentia opus.
Non enim cuilibet delatori aures patulæ præ-
bendæ aut accusationes, maximè Personarum
Politicarum vel Ecclesiasticarum mox propa-
landa sunt. Minimè. Quare attendendum tum
ad

Cap.
ad delato-
sima, de
certis inc
constat.
quoque
molestis
cum spec
vel benè
videtur
que mo
ctum qu
tantum
tantum
conditio
verò no
in quod
publicæ
XVI.
tur. Prin
citur. T
cum stan
tatur à fi
6. 14. 15
XVII.
tur. Ob
plorat, c
tum, pro
liber hab
dicia ede
fia vitan

ad delatorem tum ad accusatum. Si ille male famæ, delationi non prius fides habenda, quàm certis indicis veritas aut summa probabilitas constat. Si verò ἀξιόπιστος, vir probatus, tum quoque non onerandus aut deterrendus longis molestisque probationibus. Consimiliter circumspeditione opus ratione accusati an male vel benè audiat. Quando verò delatio fundata videtur reus primò privatim compellendus atque monendus ut Deo gloriam tribuat factumque confiteatur. Si hic confitetur & semel tantum factum patravit atque id uni aut alteri tantum innotuit, charitas poscere videtur, ut sub conditione vitæ immutandæ non detegatur. Si verò non confitetur aut etiam scelus publicum in quod accusatus sæpius prolapsus erat, tum publicæ disciplinæ subijciendus est.

XVI. 2. *Exercitium Discipline comitantur.* Primò quidem reus sceleris accusati convincitur. Tum pro ratione facti aliarumque circumstantiarum vel objurgatur tantum vel vitatur à singulis Ecclesiæ membris 2. Thess. III, 6. 14. 15. 1. Cor. V, 11. 2. Joh. V. 10.

XVII. 3. *Exercitium Discipline sequuntur.* Objurgatus qui malefactum agnoscit, deplorat, deprecatur scandalum Ecclesiæ præbitum, pro circumstantiis ab ulteriori disciplina liber habetur, vel prius certa pœnitentiæ indicia edere tenetur. Sic quoque quem Ecclesiæ vitandum censebat, cognitâ verâ ejus pœni-

866 Cap. XXVIII. De Disciplina Ecclesiastica,
tentiâ publicè recipitur. Durum & injustum
esset illum perpetuò à cœtu segregare, qui ad
meliores fruges rediit 2. Cor. II, 7. 8. Scopus
Disciplinæ Ecclesiasticæ est peccatores emen-
dare. Quare si tum affecuta est, tum rigor
cessat.

XVIII. Antequam capiti huic finem im-
pono, verbo illis respondendum est, qui ejus-
modi disciplinam præsentī corrupto rerum sta-
tu impossibilem agnoscunt, optandis potiùs
quàm sperandis annumerant. Ultrò fatemur
varia esse sive in genere ad corruptionem ho-
diernam, sive in specie ad statum Politicum,
Ecclesiasticum, domesticum respiciamus, quæ
perfectionem Disciplinæ Ecclesiasticæ formam
difficillimam reddere videntur. Attamen ex
institutione divina evidentissimum est talem es-
se debere. Dein quòd in Ecclesia primitiva &
ea, quæ sub Imperatoribus Ethnicis existerat
in usu, simpliciter impossibile dicendum haud
est. Annon sub Magistratu Christiano ea Ec-
clesiæ felicitas, quæ sub Ethnico jure speratur.
Plurimorum judicio, non diffiteor, hodierna
Ecclesiæ facies satis misera est, sed quò jure ea
ita mansura ut florentiori locum non relictura
sit. Precibus & prudenti Virorum, quibus Ec-
clesiæ curæ cordique est, labore plus efficitur,
quàm manibus remissis & voce nonnisi queri-
bunda, aut animo desperabundo. Nec is
peccare censendus, qui ideam Disciplinæ
format,

Cap. 2.
format,
tietatis s
pem est.

OPI
FID
L

HA
vita
rum
vita
Omni
mor
II.
Mortis
tum
Sed di
mor
insid
Quoru
stati
colæ